URBANUS PP. VIII.

Venerabilis fr. salm. et aplicam ben. Aliàs postq. Ecclia Warmien. Sedi Aplicae immediate subiecta per obitum bo: me: Simonis Epi Warmien. extra Romanam Curiam defuncti, Pastoris solatio destituta, Dilecti filij Capitulum dtae Ecclie
Warmien., seu illorum maior, et Senior pars pro futuri eorum, et ptae Ecclie Epi electione celebran., vocatis omnibus, qui voluerant, potuerant, et debuerant, electioni huoi commode interesse, die ad eligen. prefixa, ut moris est, convenientes in unum,
dilectum filium nobilem Adolescentē Joannem Albertum Jagellonidem Clicum Cracovien., seu alterius dioc., Charissimi in Chro filij nri Sigismundi Poloniae, et Sueciae Regis Illustris natum, et tunc fortè in decimo suae aetatis anno
constitutū, in Epum Warmien. iuxta privilegia, et indulta aplica eis concessa, via Spus Scti, ac concorditer, et unanimiter postulaverant, lrasq. postulationis huoi ad fel: rec: Gregorium Papam XV. predecorem nrum dederant, ac idem
Joannes Albertus postulationi ptae illius sibi praesentato decreto consenserat; Idem Gregorius predecor sub certis modo, et forma tunc expressis Joannem Albertum prum extunc donec ad legimam aetatem pervenisset, Ecclie Warmien. huoi Ad-
ministratorem, et te tunc Canonicum eiusdem Ecclie, quem idem Sigismundus Rex sibi gratū, et acceptum fore dto Gregorio predecori per easdem suas lras significaverat, pti Joannis Alberti Coadministratorem ad triennium tunc proximū
tm in spualibus, et ab eis dependen. coniunctim; in tpalibus vero ipsum Joem Albertum, ut per personas idoneas à se deputan. ipsa tpalia administrare valeret, aplica auctte fecit, constituit, et deputavit, et extunc, prout postq. dtus Joannes Albertus
ad aetatem legimam pervenisset, de persona dti Joannis Alberti dtae Ecclie Warmien. providit, eumq. illi in Epum praefecit, et Pastorem, eidemq. Joanni Alberto in tpalibus soli, in spualibus vero, et ab eis dependen., quousq. aetatis legimae fuisset coniunctim tecum,
et elapso dto triennio et tecum, vel cum alijs ipsi Joanni Alberto per Sedem Aplicam deputan. Coadministratoribus, et deinde aetate legima dto Joanni Alberto suffragan. tam in spualibus, quam tpalibus ipsius Ecclie curam, regimen, et administra-
tionem illi soli plenarie committendo; Subinde vero Nos te pti Joannis Alberti in dtae Ecclie Warmien. spuali cura, et regimine Coadministratorē ad aliud triennium, et deinde et ad aliud simile triennium fecimus, constituimus, et deputavimus,
prout in diversis Gregorij predecoris pti, ac nris desuper in simili forma Brevis expeditis lris, quarum tenores pntibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum aūt, sicut dtus Sigismundus Rex nobis denuo exponi fecit, triennium
ultimo loco concessum brevi sit expiraturū, proindeq. plurimū cupiat, te pti Joannis Alberti Coadministratorē ad aliud Nobis beneuisū tempus per Nos denuo constitui, et deputari. Nos eiusdem Sigismundi Regis votis
in praemissis, quantum cum Dno possumus, benigne consulere volentes, eius hac in parte Nobis humilr porrectis supplicationibus inclinati, Te dti Joannis Alberti in ptae Ecclie Warmien. spuali cura, et regimine Coadministratorem
aliàs tm iuxta lrarum ptarum Gregorij predecoris huoi continentiā, et tenorem, ac servata illarum forma, ad quinquenniū à fine ultimo dti triennij computan. auctte pta tenore pntium facimus, constituimus, et deputamus. Non
obstan. omnibus illis, quae in dtis lris concessa sunt, nō obstare, ceterisq. contrarijs quibuscumq. Dat. Romae apud Scta Mariam Maiorem Sub Annulo Piscatoris, die X. Septembris M. D C. X X X I.
Pontus Nri Anno Nono

M. A. Maraldus

Venerabili fratri Michaeli Epō Hipponen.

[illegible]